



Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen
Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1843

XXIX. Die Markgrafen Johann und Otto von Brandenburg schenken dem
Kloster Dünamünde in Liefland dreißig Hufen Landes in Trampitz und eben
soviel in Rogelin, am 6. Januar 1238.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56055)

non immerito commendare. Contradictores etc. Datum Viterbii VII. Idus. Septembris anno Undecimo.

Nach einer Abschrift aus dem Vatikanischen Geh. Archive Gregorii IX. Anno XI, Epist. 238.

XXIX. Die Markgrafen Johann und Otto von Brandenburg schenken dem Kloster Dünamünde in Liefland dreißig Hufen Landes in Trampitz und eben soviel in Rogelin, am 6. Januar 1238.

Johannes et Otto, marchiones de Brandenburg, omnibus hoc scriptum visuris in perpetuum, Cum principalis munificentie multi largis sepe letentur beneficiis, eorum propensiori studio succurrendum est indigentie, qui se artius diuine seruitutis cultui manciparunt. Inde est, quod vniuersis presentibus et futuris notum esse volumus, Quod ad petitionem familiarium nostrorum, Johannis et Geuehardi fratrum de Plote, jus proprietatis, quod ad nos pertinebat super triginta mansis in Trampitz itemque super triginta mansis in Rogelin cum pertinenciis eorum, quos memorati viri, Johannes et Geuehardus fratres de Plote, a nobis in feodo possidebant, abbati et conuentui fratrum de Dünemünde contulimus cum omni plenitudine potestatis. Volumus ergo vt nullus aduocatorum nostrorum nullus eorum, qui nostro parent vel posterorum nostrorum parebunt dominio, predictos abbatem et conuentum vel homines ipsorum in premissis bonis aliquo modo molestare presumat, sed liberi et absoluti ab omni coacto seruicio, privilegio sue gaudeant libertatis. Vt autem hujus nostre largitionis auctoritas inconcussam apud omnes habeat firmitatem, cum appensione sigillorum nostrorum eorum qui presentes fuerunt nominibus conscriptis, hanc paginam duximus roborandam. Testes Johannes et Geuehardus fratres de Plote, Conradus prior, Arnoldus sacerdos et monachus, Johannes, Ditmarus conuersi Dünemündenses, Ludolfus notarius noster. Acta sunt hec in Rapin, anno dominice incarnationis M^o. CC^o. XXX^o. VIII^o., VIII^o. Idus Januarii, Indictione XI^a., Regnante domino Friderico Romanorum Imperatore glorioso.

Nach dem Originalabdrucke in Dreger's Cod. dipl. Pom. I, 189. — Vgl. Meibet's Cod. Hauptst. I, Bb. I, S. 366, wo die Lage der Dünamündischen Besitzungen näher bezeichnet ist, und eine päpstliche Bestätigung über die Besitzungen des gedachten Klosters in der Mark Brandenburg vom Jahre 1235 in von Raumer's Cod. cont. I, 25.

XXX. Die Markgrafen von Brandenburg, Johann und Otto, bitten den Papst Gregor IX., daß er zur endlichen Ausöhnung mit dem Kaiser, den Bruder Conrad, des Johanniter-Ordens Meister, als Vermittler und Unterhändler zulassen möge, im April oder Mai 1240.

Reverendo domino ac patri suo G. sancte Romane sedis antistiti J. et O., dei gratia marchiones et fratres de Brandeborch, debitam cum devoto servitio reverentiam in domino Jesu Christo. Cum ex dissensione inter reverentiam vestram ex parte una et do-